



F. BONAVENTURA A SOLEIRO
ALMAE OBSERVANTIS PROVINCIAE SERAPHICAE LECTOR JUBILATUS
S. MONTIS SION ET SS. SEPULCHRI D. N. J. C. GUARDIANUS
COMMISSARIUS VISITATOR GENERALIS
TOTIUS TERRÆ SANCTÆ CUSTOS
HUMILISQUE IN DOMINO SERVUS

*Dilecto Nobis plurimum in Ch. Serenij. Principi
 Romano Sanguszko
 Ejusque Consanguineis usque ad quartam generationem Salutem*

Ea est in Religionem nostram Sanctæ Sedis Apostolicæ benignitas, ut Nobis etiam benigne conferat, quo debita nostra copiose quidem persolvamus. Nam cum ob omnium bonorum temporalium voluntariam abdicationem Benefactoribus nostris vices rependere non possimus, Superiores, ut indulgentias Religionis nostræ Professoribus concessas, et eorum Spiritualia bona Benefactoribus ipsis, ac Religioni bene affectis concedere valerent, amplissima facultate donavit, quatenus, qui nobis temporalia bona charitable subministrant, nostram altissimam paupertatem specialibus favoribus adjuvando spiritualibus bonis in centuplum remunerentur. Nos igitur, qui Divina disponente gratia meritis longe imparibus, totius Terræ Sanctæ, ac Sanctorum locorum Superioris officio fungimur, *Dominationes vestras* Seraficae Religioni nostræ, et Sanctis locis pia devotione, et animi pietate mire affectas in Consortium, et Confraternitatem nostram, in vita pariter, et in morte benigne recipimus; atque omnium bonorum Spiritualium, Gratiarum, Privilegiorum, Suffragiorum, Divinorum Officiorum, Missarum, Orationum, Jejuniorum, Abstinentiarum, Disciplinarum, Pœnitentiarum, et omnium aliorum spiritualium bonorum, Auctoritate Apostolica, præsentium tenore particeps facimus. Quæ omnia, et per Nos, et per nostros Religiosos humiliter præstata, et pro *Dominationibus vestris* fructuose applicata acceptare dignetur Clementia Salvatoris nostri Dei, ut multiplici suffragiorum adjutio, præsidio, et in futuro aeternæ gloriæ præmia possidere mereantur.

Dat. Jerusalem e Conventu nostro SS. Salvatoris hac die 12. Mense *Maii* Anno Domini 1858.

*Fri Bonaventura a Solerio
 Custos Terræ Sanctæ*

*De Mand. Pat. Sue Reverendissime
 Fr Clemente a Solerio
 Terræ Sanctæ Salvatoris*

8

Poształtunek obyczajów
i przyczyn do tzw. Si-
jonek bronię S. i cesarzów
oraz wiązani go do hypolity
prawdziego Czadci ziem Śląsk
i zapewne nie należeli we tymże
obrachu dołączonych.